

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 65. Rex expiata coram Sacerdote conscientia Rei divinæ præsens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. bonio Cardinale in pedes erectus, vix
A.C. 1593. tandem ob innumeram concursitatis
 populi multitudinem ad Ecclesiæ chorūm deduci poterat, ubi eum sequebantur Nannetensis, Sagiensis, Dinensis, Maleacensis, Carnotensis, Cœnomanensis, & Andegaversis Episcopi, necnon Renatus Dallonius, & Jacobus David Perronius, quorum primus erat Castelliensis, alter vero Ebroicensis Praeful designatus: insuper eundem contabunt illius Abbatiae Religiosi præter Parisiensem, & Bellovacensem Decanos, Bellosanensem, & Coronensem Abbates, & Abrincensem Archidiacionum ad Cadomensem sancti Stephani Abbatiam nominatum: præterea inter istos aderant sancti Stephani, & sancti Sulpitii Parochi, Theologiæ Doctores, & Frater Oliverius Berangerus pariter Doctor, ac destinatus Regis Concionator, præter sancti Gervathi, & sancti Mederic Parochos, coram quibus Rex ante Aram majorem in genua procumbens iterato ad sacra Evangelia jurans suam pollicitationem innovabat.

§. LXV.

Rex expiata coram Sacerdote conscientia Rei divinae præsens.

Thu. l. 107. **E**odem tempore Rex e terra surgens
avua l. 13. signo Crucis prius edito altare ipsum
 deo iu-

deosculatus est: inde ad papilionem Sæcul. XVI.
A.C. 1593.
post altare exstructum recessit, ubi sup-
plicem Regem ad sacrum tribunal ad-
misit Bituricensis Archipræsul, eique
post secretam confessionem absolutionis
beneficium impertivit, cum interim a
Musicis Beatorum Ambrosii, & Augu-
stini hymnus decantaretur.

Postea Rex expiatis confessione ma-
culis ad medianam Sanctuarii partem de-
ducebatur, ubi scabellum velo ex chre-
mesina bombyce fusci coloris contexto,
ac liliis distincto coniectum sub au-
reo umbraculo erigebatur, ibidem
vero Rex sacro solemini, quod Nan-
netensis Episcopus celebrabat, cum
eximia pietate intersuit, ejus dexte-
ram Bituricensi Archiepiscopo, sinistram
vero Borbonio Cardinale stipantibus,
circumfusisque omnibus illis, quos mox
nominavimus: ab illius autem tergo
stabant Principes, Cancellarius, Regni
Ministri, Senatus, & superioris Con-
sillii Curiæ, necnon ærarii officiales:
dein ubi Evangelium decantabatur,
Cardinalis Regi librum deosculandum
porrexit, eumque ad oblationem per-
agendam deduxit: cum autem sacra
Hostia elevaretur, ab omnibus obser-
vatum, quod Rex corpore profunde in-
clinato pectus suum tunderet, eadem
que pietate pacis signum sibi ab eodem

Y 3

Car-

Sæcul. XVI. Cardinale datum reciperet. Denique
A. C. 1593. sacro peracto Henricus personan-
 tibus undique tympanis, tubisque, nec-
 non reboantibus belli tormentis ab Ec-
 clesia recedebat, amplasque pecunias
 in vulgus spargi jubens ad Abbatiam
 deducebatur, ubi etiam prandio refectus
 est, quo finito ad Templum reveritus
 sermoni, per Bituricensem pronuntiato,
 necnon vespertinis laudibus interfuit,
 quibus absolutis equo vectus ad Montem - Martyrum contendit, ut ibidem
 apud sanctorum Martyrum, Francie
 Apostolorum, monumenta Deo pro sua
 conversione grates repperderet.

§. LXVI.

Diversum circa Regis ejurationem judicium.

Ceterum de hoc Principis redditu ad Religionem Catholicam varij di-
 versam ferebant opinionem, & quidem
 foederati singulariter a Legato incitati
 hanc mutationem, velut irritam inter-
 pretabantur, eoquod Henricus a sum-
 mo Pontifice a sua hæresi absolutus non
 fuisset, hinc idem quoque judicium
 vulgi animis instillare satagebant, ut
 ulterius dissidia foverent: ex adverso
 autem Regii propugnabant, quod in
 præsenti rerum vicissitudine absolutio
 ab Episcopo data valida, ac sufficiens
 fuerit: